



# LECTORI CAN-

DIDO NATHAN CHY-

træus S. D.



V M ante quinquennium de  
lectionib, & exercitiis Scho-  
læ nostræ puerilis delibera-  
tiones instituerentur; inter  
alia etiam placuit prudentis-  
simis Scholarchis, vt Para-  
phrasî Psalmodum Buchanani in prima  
classe proponeretur: vt nimirû ex ea pueri  
nostri, præter verâ pietatem, & linguæ Ro-  
manæ puritatem, varias etiâ carminum,  
maximè Lyricorum, dimensiones animo  
paulatim comprehêderent. Mihi verò sen-  
tentia illa Scholarcharum nihil tum fuit  
acceptius, nihil iucundius. Iampridem e-  
nim sacratissimum illud, quod vocât, Spi-  
ritus sancti Enchiridion, vnâ cû omnibus  
piis, & ipse maximi feceram: & aliis quoq;  
meæ fidei commissis & commendaueram,  
& nonnunquam etiâ priuatim domi meæ

A 3 iisdem